

A 1609
—
xi.

8883

TEDIS SACRATIS
vereq; auspicatis
VIRI
CLARISS: PRÆSTANTISS:
Dn.M.IOHANNIS WINDISCH
LEUTSCHOVIEN: SCHOLÆ PA-
triæ Rectoris fidelissimi
SPONSI,

cum
Lectissima Pudicissimaq; Virgine

S V S A N N A,

VIRI REVERENDICLARISSIMI
Excellentiss: Dn. M. PETRI ZABELERI: Pasto-
ris Leutschoviensis, nec non V. Liberarum Ci-
vitatum & Conjuratarum Ecclesiarum Superat-
tendentis Vigilantissimi, meritissimi,
FILIA dilectissima
SPONSA.

*Celebratis 4. die Novembris,
Anno 1640.*

Congratulantur Collegæ.

" Régi nyomtatványok, Lőcse, evang. :"
/314. ig.j./

Donec immenso pariter truciq;
 Nauta commissa pelago carinâ
 Vela dat (sæpè exitio profundum
 Cui mare magno est)
 2. Semper horrescit timidus procellas,
 Fata ventorum metuitq; cæca,
 Dum videt crebris agitare navem
 Fluctibus Austrum:
 3. Mox perhorrescens Boream imminetem
 Eurus insurgit, validisq; suaves
 Flatibus somnos adimit, nec unquam
 Pellere curas
 4. Hunc vino graves patitur, laborum
 Ocio finire molestiasve,
 Hinc Deum tandem prece suscitare
 Cogitur usq;:
 5. Instat heu sudor, gelidusq; pallor
 Navis quantus! mare fluctuosum
 Dum secat navi, nimiumq; avarus
 Æquora tentat.
 6. Ast ubi elapsus tetigit premendo
 Litus, haut ultra trepidat, timet ve
 Sive ventorum rabiem, furens
 Sive procellas.
 7. Ergo jam latus modo fauce, plena
 Pocula, arenì trahit & morantem
 Sic diem frangit: modo vela circum
 pansa volantes
 8. Summovens curas animo, quietas
 Dormiens noctes jacet: aut perita
 Mercis advecta memor atq; lucri
 premia capitat.
 9. Quis neget sortem Tibi contigisse,
 Sponse, cum nautis avidis eandem,
 Multa portasti varij laboris
 atq; doloris.

10. Namq;

10. Namq; volvisti Sophia libellos
 Sedulo semper, potuit nec unquam
 Inde Te quicquam removere duri
 atq; sinistri:
11. Sicq; doctrinam Tibi comparasti.
 Hacce de causa quoq; VVitteberga
 Clara dignata est titulo Magistri
 Te decorare:
12. Hancq; doctrinam finis hand latere,
 Illâ enim summo studio juventum
 Imbuīs, testis Patriæ Schola est, quam
 Rite gubernas
13. Istâjam quondam Tibi concitârunt,
 Concitant duros & adhuc labores;
 Ergo Tu semper quò habeas in iisis
 dulce levamen:
14. Nunc ut ad portum Deus ecce dicit
 Te! queas curas ubi ponere omnes,
 Dum Tibi blandam sociat Susannam
 Atq; pudicam:
15. Gratulor quare Tibi corde toto
 Tale quod donum modo nactus es Tu,
 Jova clementer finat hoc frui Te
 Tempore longo.
16. Este felices, Deus ipse mentis
 Approbat vestra teneros amores,
 Este concordes, Deus ipse vestros
 Respicit actus.
17. Is torum vestrum tueatur, atq;
 Prole vos pulchra faciat Parentes:
 Prole quâ possint Pater atq; Mater
 dulce jocari.

Josephus Alauda Leutsch:
 Schol: Patriæ Corrector.

" Régi nyomtatványok, Lőcse, evang. :"
 /314.ig.j./

Ana-

Anagramma.

JOES WINDISCH

ANN

SUS A ZABELERIA Z.in C.mut.

Id ne onus? Aniles has abjice curas.

Ex græco illo. Μεστὸν κακῶν πέφυκε φόρτον γυνά.

Plenum malorum onus est, Mulier.

Quisquis fœmineo generi hæc convitia dixit
(� δὲ γυνά μεστὸν φόρτον εἰς κακῶν;)

Græculus est, fucos & somnia *Anilia* narrat.,

Usq; necem dignus quo grave portet onus.

À Christi nos qui fortiti nomine nomen,

Nos longè, inquam, aliud pagina sacra docet:

Pagina sacra docet, quod nobile fœmina donum

Sit Dei, in auxilium consociata viro.

Nempe virum oblectat, recreatq; jocatur, amatq;;

Indica nec gemma hanc est superate potis.

Idne malum quoddam tibi, Græcule, *Onusq;* videtur?

Quod decet, oblectat, quod juvat atq; virum.

Næ toto cælo, tecum quæ sentit aberrat,

Devia & à recto tramite turba cadit.

Objiciat si fortè Tibi, clarissime Sponse,

Fœmineo hæc eadēni gens inimica choro,

Fallere quæ tentet; *curas has abjice aniles*

Incepto non desistere Tete decet.

Perge bonis avibus! latusq; amplectere Sponsam

Non erit (absit!) *onus*, sed Tibi gratus honos.

Aliud.

JOANNES WIENDISCH

SUSANNA ZABELERIA.

Anne hayes nidulos? Curas inanes abjice.

A 2

Non

" Régi nyomtatványok, Lőcse, evang.:"
/314. ig.j./

Rast
Gob
Ich
Man
Herr
Wie

C

Fatu

Fata

Fato

Sic

Qua

Nu

Sis

Sis

Nec

Mu

Ext

Eja

Non astas semper fuerit, componere nidos
Condecet; & nidis maximus usus inest.
Ipse sibi placidam querit passerculus adem;
Exstruit & nidos garrula hirundo suos:
Quo pullos olim ceu tuta in sede reponant
Amplexu & foveant pignora chara suo.
Nunc Tua res agitur, VVindisch cultissime Sponse,
Namq; minax rigidifrigida bruma gelu
Imminet: ergo Tuum est, attentamente cavere
Ne capiti frigus nec pedibus noceat.
Num quid haves avidè, anpe te pentem nidulum? inanes:
Abjice jam curas. Res Tua salva uiget!
Optato occurrit ZABELERIA Sponsa S. ANNA
Quam decorant Pietas, Forma, Juventa, Tyche..
Hujus in amplexu, hic plus satis, ito, calesces,
Hac astas, ignis, nidulus haec & erit.
Hoc nido latare diu. Tibi prodeat ex hoc
In numerus nido pullulus atque puer.

Balth: Apell: p. t. Cant: Leutsch.

Hochzeit Räkel.

Gebe Hochzeit-Gäste ohn schem/
Rathet wer vnd was ich sey.
Geht ihr mich von vornen an/
Go greift ihr vnd richet dran:
Kompt ihr mir von hincen her/
Wird sich Claus verwundern sehr. NB. Ey Ey! ist das mit einer Flasche?
Weinen Kopf man Unflahrt heist
Der doch endlich Reuthe speyst.
Wem das was am Kopfe hengt
Von den Bötttern wird geschenkt.
Der mag fast bey jedermann
Seinen sitz vnd wohnung han.

Räfel

" Régi nyomtatványok, Löcse, evang.:"
/314. ig. j./

Rast mich ganz vnd vngetrochen
So bleibt iher all vngestochen
Ich bin zu vielen sachen guet
Man ist/ trinckt/ steckt mich auf den Gutt.
Herr Bräutigam hats oft versucht
Wie süß vnd lieblich meine frucht.

uBi thAlamus, ibi CaLamus.

Certe nil stabile est, error quod jungit, anusq;
Huic, quod cœcus amor copulat, error inest.
Fatum quod fingit, Fatum quod conficit, illud
Est solidum, constans, perpetuumq; manet.
Fata viam sternant, comitantibus incipe Fatis,
Esse diu felix si super orbe cupis.
Fato fervet amor, Fatoq; calescere amantes
Cernimus, & nîl est, quod pia Fata negant.
Sic fuit in Fatis etiam, Doctissime Windisch,
Scanderet ut thalamos S U S A pudica Tuos.
Quam Pietas, atq; alma fides, & gratia morum
Exornant, toto & corpore mundities.
Numen inest cordi, menti prudentia castæ,
Atq; pudor fronti, suada Charisq; labris.
Sis igitur lætus, cultam tam dotibus amplis,
Sponse, Tibi Sponsam quod bene jungit Hymen.
Sis pius & facilis, sis & mansuetus in illam;
Sponsa etenim talem gestit habere virum.
Nec minus & Tu Sponsa hilari jam pectore gaudes
Quod Tibi præclarum fata dedere virum:
Musarum primis qui castra secūtus ab annis,
Sacro qui studuit fonte levare sitim.
Extulit hunc Phœbus; laudat Leucovia proles,
Commendat pietas, & probitatis amor.
Eja agite! unanimes longævam vivite vitam,
Rumpat nec tristis vincula amoris Eris.

Petrus Dingisch, Sch: Ib: 3, Class: Collega.
A 3 MAGI.

" Régi nyomtatványok, Löcse, evang. :"
/314. ig. j./

MAGISTER JOHANNES WINDISCHIUS

Avara pax.

Ter magis dius : vives hic in annos.

Ter magis es dius, quam ~~est~~ fædere fratres,
Ter magis es felix quam ~~finis~~ frōte viri,
~~qui~~ Canones simulant, sed a soi cetera vivunt,
Nec pudet alterius contemnerasse torum.
Tu vero melius servans præscripta JEHOVÆ
Dulcia conjugij fædera latus inis :
Propterea multos vives hic prosper in annos
Nec Tibi triste canet devia Carmen avis.
Crescit amor, crescit variarum copia rerum
Crescit multiplici prole beata domus.

Agreditix ov.
qVatter Vbi à nobis est Visus In orbe November
ReCtor In ostro Sponsa Susanna Dat Vr.

Christ: Wernerus, Sch: Senior.

Euge refer, vincli cur sunt nova gaudia, Musa?
Jungere cur voluit corpora bina Deus?
Humanæ maneat semper generatio gentis,
Constituit casti fœdera sancta tori :
Ne foedi quisquis flamas incensus amoris
Sentiat, hem ! liciti gaudia mille tori.
Solus homo nîl est ut sit vagabundus in orbe,
Jungamus, dixit, Sancta Trias, sociam.
Nil juvat ast etiam fontem tenuisse bonorum
Si non ipsius commodus usus adest.
Eja age ! jam lætus sacro Te fœdere junge,
Jane, Susanna Tibi Sponsa benigna venit.
Hæc cupit esse Tuæ nunc pars lætissima vitæ
Vult genus ipsa Tuum multiplicare piè.
Nativo splendet facies formosa decore :
Fulget & in nitidis forma venusta genis.

Hæc

" Régi nyomtatványok, Lőcse, evang. :"
/314. ig. j./

S
Hæc tibi præbebit duris solatia rebus,
 Nec non lætitiæ munera grata feret.
Gratulor ex animo tantâ pietate puella,
 Quod petit amplexus, Vir venerande, tuos.
Conjugio vestro, quoniam Deus autor & auctor,
 Præsidio firmo semper adesse velit.
Sit felix, faustum sit conjugium Tibi: Sponse,
 Pectore nunc voveo fata benigna meo.
Haud vos exagitent livor curæq; sequaces;
 Conturbent vestrum jurgia nulla torum.
Sed velut aëreæ concordi mente columbae
 Vivatis Pylij secula tarda senis.

Thomas Lang: Sch: L. Audit: 6. Clas:

Pone Tuas omnes nunc, Vir Doctissime, curas
 Ferre Susanna cupit munera grata Tibi;
Nam vult conjungi Tecum jam fædere firmo,
 Et satagit casti jura subire tori.
Hæc multas præstat pulcrâ virtute puellas
 Nec quid in hac livor carperc jure potest.
O maneat fælix, sit & inviolabile fædus,
 Vosq; Deus salvos servet in orbe diu.
Asmodus hinc abeat, litis qui semina spargit;
 Et sua nunc potius spicula mittat Amor.
Spicula mittat Amor; sobolis generatio pulcrâ
 Succedat, Jovæ dona venusta tori.
Scribere plura vetant me tristia fata meorum:
 Hæc propter Musa est arida facta mea:
Sunt alijs, thalamos qui latis versibus ornent,
 Et melior quibus in carmine vena fluit.

apponebat. Johann: Wincklerus Bel:
Sch: L. Aud: 8. & ult: Clas.



Hæc
" Régi nyomtatványok, Löcse, evang. :"
/314. ig. j./